

# Übungstext 1

## Latein IIb (Faller) - Cic. *Phil.* 4,11

Nach der Ermordung Cäsars im März 44 v.Chr. kam es zwischen Antonius und Octavianus zum offenen Kampf. Cicero machte sich in seinen Philippischen Reden zum Wortführer der Front des Octavian gegen den Machtanspruch des Antonius. In der vierten Rede setzt er die Volksversammlung von der offenen Kriegslage in Kenntnis und ruft die Römer zum Kampf für die Freiheit auf.

Reliquum est<sup>1</sup>, Quirites, ut vos in ista sententia, quam prae vobis fertis<sup>2</sup>, perseveretis. Faciam igitur, ut imperatores instructa acie solent<sup>3</sup>, quamquam paratissimos milites ad proeliandum videant, ut eos tamen adhortentur, sic ego vos ardentem ad libertatem recuperandam cohortabor. Non est vobis, Quirites, cum eo hoste certamen, cum quo aliqua  
5 pacis condicio esse possit. Neque enim ille servitutem vestram ut antea, sed iam iratus sanguinem concupivit. Nullus ei ludus videtur esse iucundior quam cruor, quam caedes, quam ante oculos<sup>4</sup> trucidatio civium. Non est vobis res<sup>5</sup>, Quirites, cum<sup>5</sup> scelerato homine ac nefario, sed cum immani taetraque belua, quae, quoniam in foveam<sup>6</sup> incidit, obruatur<sup>7</sup>. Si enim illinc emergerit, nullius supplicii<sup>8</sup> crudelitas erit recusanda<sup>9</sup>. Numquam maior  
10 consensus vester in ulla res fuit, numquam tam vehementer cum senatu consociati fuistis. Nec mirum: agitur<sup>10</sup> enim, non qua condicione victuri<sup>11</sup>, sed victurine simus an cum supplicio ignominiaque perituri. Quamquam mortem quidem natura omnibus proposuit, crudelitatem mortis et dedecus virtus propulsare<sup>12</sup> solet, quae propria<sup>13</sup> est Romani generis et seminis. Hanc retinete, quaeso, quam vobis tamquam hereditatem maiores<sup>14</sup> vestri  
15 reliquerunt. Quamquam alia omnia falsa<sup>15</sup>, incerta sunt, caduca, mobilia, virtus est una defixa radicibus: quae numquam vi ulla labefactari potest, numquam demoveri loco.

### **Hilfen:**

<sup>1</sup> *reliquum est*: „nun ist noch übrig, (dass)“; Cicero leitet zum Schluss der Rede über.

<sup>2</sup> *prae se ferre*: „an den Tag legen“

<sup>3</sup> *solent*: erg. *facere*

<sup>4</sup> *ante oculos*: sc. *Antonii*

<sup>5</sup> *res mihi est cum aliquo*: „ich habe es mit jemandem zu tun“; *cum ... homine*: gemeint ist Antonius

<sup>6</sup> *fovea, -ae, f.*: „die Grube“

<sup>7</sup> *obruere*: „zuschütten“

<sup>8</sup> *supplicium, -i, n.*: hier „Strafe“

<sup>9</sup> *recusare*: hier „von der Hand weisen“

<sup>10</sup> *agitur*: „es geht darum“

<sup>11</sup> *victuri*: sc. *simus*

<sup>12</sup> *propulsare*: „abwehren“

<sup>13</sup> *propria*: hier „charakteristische Eigenschaft, Merkmal“

<sup>14</sup> *maiores, -um, m.*: „die Vorfahren“

<sup>15</sup> *falsus, -a, -um*: „trügerisch“